



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Thomae Młodzianowski, Polonie, Societatis Jesu,
Prælectionum Theologicarum Tomus ...**

De Metaphysica, Logica, Octo Libris Physicorum, Generatione, Corruptione
Et Anima

Młodzianowski, Tomasz
Moguntiae Et Dantisci, 1682

Index II. Conclusionum Ex Logica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95667)

INDEX II. CONCLUSIONUM EX LOGICA.

TRACTATU II. DISPUTATIONE I.

De natura scientiæ & objecti in communi.
Aliqui veteres Academici non agnoverant
nullas scientias de novo, sed putabant reddi
nos scientes unione intellectus. Alii negabant
omnes scientias, eò, quòd omnia sint in universo
fluxa. Ex alio autem fundamento negavit Plato,
de novo scientias dari, sed indubie dantur scienti-
æ de novo.

Quid nominis scientia, & quid Rei. Causa adæ-
quata, & determinata est sufficiens, ad scientiam
habendam, quantumvis possit impediri, ne pro-
ducatur effectum. De contingentibus reduplica-
tively sumptis & de eodem modo sumptis singula-
ribus potest dari scientia.

Quid Entitative evidentiæ actus. Quotuplex.
Evidentiæ proportionata præcedit certitudinem,
semper.

Quid certitudo. Quotuplex specificativum
scientiarum non est ratio formalis. Quæ Nec
specificantur à diversa abstractione nec ab obje-
cto tam Attributionis, quàm Attributioni sed per na-
turam objecti Attributionis. Quod ipsum non de-
sumitur ex placito Philosophorum Ibidem. Esse
tamen hoc objectum Attributionis non est quid
distinctum re, ab objecto materiali & formali si-
mul sumptis.

Quid tenendum de Unitate scientiæ. Quis sta-
tus difficultatis in præsentī: nulla est unitas scien-
tiæ, quæ oriatur ex compositione Physica illius
scientiæ ibidem, necesse tamen est dari Habitus
& scientias, qui sint simplices qualitates; sci-
entia Totalis, quæ haberet unum idemq; obje-
ctum formale immediatum, esset simplex qua-
litas. Nulla scientia totalis, ex iis, quæ dantur, est
simplex qualitas, Datur aliqua scientia Practica.

De divisione scientiæ.

Dividitur etiam scientia in subalternantem
& subalternatam, ad subalternationem, ri-
gorosam requiritur, ut subalternata habeat idem
objectum formale cum subalternante, & non nisi
conditionem accidentalem addat.

DE OBJECTO.

Objectum ut sic definitivè est. Ratio ejus
circa quod. Non est idem subiectum &

objectum rigorosè loquendo. Nullum in Spe-
cie objectum, determinate acceptum est æquale
potentiæ.

DE DIVISIONE OBJECTI.

Quid complexum, quid incomplexum ob-
jectum, quid materiale, quid formale, Quid
ratio, formalis quæ, propter quam, sub qua, Quid
objectum adæquatum, quid inadæquatum.

Quid primum objectum. Explicatur ratio
objecti Attributionis & Attributioni. Quæ con-
ditiones objecti Attributionis.

Objectum Attributionis, non debet esse pri-
mariū; in ratione Entis. Non stat in hoc
objectum Attributionis, quòd eo sublato tollatur
scientia. Ratio objecti Attributionis, cadit im-
mediatè suprà rationem formalem, Dantur ob-
jecta Attributioni & partialia.

DISPUTATIONE II.

De natura Logicæ & ejus objecto.

Logica est Scientia, eaq; Practica, & quidem
pure. Sed estne Logica Ars, an facultas. Quid
Actio, quid factio Logica prout dirigit operatio-
nes sine demonstratione, est propriè Ars.

Dantur suppositiones in quibus Logica non
potest appellari Facultas. Potest tamen suo modo
appellari Facultas.

Differentia Logicæ desumenda ex objecto ss. Ope-
rationes intellectus sunt objectum Logicæ Mate-
riale. Prima Operatio, cui competit esse veram.
Licet non detur per se falsitas in illa tamen est ob-
jectum Materiale Logicæ. Quod etiam compe-
tit & secundæ Operationi. Et tertiæ, licet non
sola demonstratio, sit tale objectum. Colligitur
quodnam sit materiale objectum. Conceptus
formales & objectivi suntne materiale objectum.

*Discurrendo de formali Objecti Logicæ viden-
dum* quid rectitudo Logica sit ex modo concipiendi.
Et quid in re. Quæ ipsa rectitudo divi-
ditur in Activam & Passivam. Hoc dirigi & re-
ctificari quomodo perficitur. Ex quibus infer
rectitudinem Operationum, esse formale Logi-
cæ. Qualiter sumpta rectitudo est objectum for-
male Logicæ. Non bene illa exprimitur sub no-
mine Operationum Rectarum. Nec sub no-
mine dirigibilium. Sed potius sub nomine
Rectificabilitatis, sita ut operationes Rectifi-
cabiles sint objectum Logicæ. Sed non debet
sumi

INDEX II. CONCLUSIONUM.

fumi operatio aliqua in communi, abstrahens ab omnibus tribus. Intellectus etiam ut dirigibilis Logice. Ens rationis duplex est, Metaphysicum & Logicum. Quid Intentio quid Prima & Secunda intentio quid Denominatio Nec ens rationis Metaphysicum seu chimæricum. Nec proprium, est Objectum Logicæ. Cæterum ens rationis Logicum, si ad mentem sancti Thomæ sumatur, est objectum Logicæ.

Nomine vocum quid venire potest. Voces prout manifestative conceptum non sunt objectum Attributionis Logicæ per se, & adæquatum sunt reductivè.

Res non sunt Objectum Logicæ proximum & immediatum sunt tamen remotum.

Varie divisiones Logicæ. Celeberrima hinc in Utentem & Docentem. Nomine Utentis apud alios venit habitus inclinans intellectum ad usum præceptorum Logicorum in sola materia propria Logicæ. Alii nomine Utentis accipiunt omnes alias scientias, quæ utuntur præceptis Logicis. Sed potius nomine Utentis Logicæ venit habitus inclinans intellectum ad usum præceptorum Logicorum in quacunque materia. Unde illa concurret ad demonstrationes etiam aliarum scientiarum. Præceptis tamen Logicis uti propriissime convenit intellectui. Certum est apud omnes. Actus Logicæ Utentis à Docente distinguuntur extrinsecis esseque distinctos realiter. Habitus Logicæ Utentis acquisitus ex directione Logicæ naturalis, distinguitur realiter ab habitu acquisito ex directione Logicæ Artificialis. Habitus tamen Utentis Logicæ vel Docentis, non sunt realiter adæquate distincti ab habitu Logicæ totali, distinguuntur tamen realiter adæquate inter se.

Logica Naturalis est necessaria, simpliciter ad omnes Scientias, sed non Artificialis. Hæc enim est tantum Necessaria secundum quid.

DISPUTATIONE III.

De Natura Universalis in Communi.

Debent dari Universalia. Ly Universale est terminus concretus. Quæ divisio Universalis Universalis tamen non est idea Blatonica.

De Unitate Universalis.

Vnitatis formalis Naturæ dividitur à parte rei. Non habetur à parte rei Unitas Universalis orta ex statu præcisionis. Nec datur à parte rei Vnitatis Negativa. Datur tamen Vnitatis Conventientia. Vnitatis item formalis. Neutra est sufficiens ad Universale, sed sufficiens ad Universale Vnitatis, est indivisio in plura cum aptitudine ad inessendum multis.

Non datur actu à parte rei natura Communis, nemine cogitante condistincta à differentiis.

Actus quo natura Universalis fit Vna, non est actus confusè cognoscens singularia. In omni sententia, Verificantur duo contradictoria, si præcisè contradictio spectetur penes terminos

oppositos. In nulla autem sententia verificantur duo contradictoria formaliter & simpliciter talia. Unde tum primum verificarentur duo Contradictoria quando non tantum verificarentur termini contradictorie oppositi sed & de eodem, & idem, & ratione ejusdem.

Discurrendo de actu quo fiat natura universalis una, supponitur intellectionem produci à potentia intellectiva, indigere tamen compleri. Quomodo hæc completio fit. His & aliis præmissis inferitur Naturam Universalem fieri unam per actum abstractivum seu præcisivum ex parte Objecti. Universale consistit in conceptu non formali sed objectivo. Vnitatis universalis est illi intrinseca. Ad universale non requiritur actus comparativus. Quomodo fit fabricatio Universalis.

De Aptitudine Universalis.

Dvplex cogitari potest aptitudo quæ est prædicatum Universalis. Quo sensu illa datur, Et an sit sufficiens. Quo sensu non datur nemine cogitante. Hæc Aptitudo in recto, est ipsa natura. Ea debet esse non tantum ad esse in multis, sed & ad existendum in multis. Aptitudo Negativa, est aptitudo Universalis debita, licet & illa sit suo modo positiva.

Quid Prædicabilitas Universalis? Illa accepta pro eo quod dicitur in recto est de essentia Universalis Metaphysici licet suo modo sit tantum proprietas. Sed est de essentia Universalis Logici. Hæc autem Prædicabilitas debet sumi pro Prædicabilitate passiva. Universale non prædicatur neque ut universale neque ut singulare. Sed prædicatur Natura secundum se. Hocque ipso quia prædicatur Natura præcisè à differentiis prædicatur Universalis. Et quamvis non prædicetur Universaliter non tamen singularisatur in prædicatione.

DISPUTATIONE IV.

De Universalibus in Particulari.

Quotnam sint Prædicabilia.

DE GENERE.

Genus definitur potest. Definitivè est id quod de pluribus specie vel numero differentiibus in eo quod quid prædicatur. Hinc prout est Universalis, requirit plures species. Non autem prout natura est Individua Generica non dantur à parte rei. Dantur per rationem. Et de illis prædicatur Genus. Quo etiam modo prædicatur de Individuis Completis. De quibus interdum immediate interdum mediate dicitur.

DE DIFFERENTIA.

Differentia nomine quid venit. Fieri potest ut aliquid quod est respectu Unius Differentia sit respectu alius Genus. Definitivè illa est id quod prædicatur de pluribus in Quale quid. De Genere tamen & de specie non prædicatur

ut

INDEX II. CONCLUSIONVM.

ut Differentia sed de inferioribus Speciei Generica tamen Differentia & specifica, non constituunt duo diversa Prædicabilia. Una Differentia formaliter accepta prout est de parte rei includit formaliter alia: Non includit prout subest nostris conceptib⁹ Ita ut Differentia etiã inferior Metaphysice sumpta nõ includat formaliter superiorem.

DE SPECIE.

Quid nomine Speciei venit? Quæ ejus divisio. Species subijcibilis quomodo definienda?

Individuum aliud est primo intentionaliter sumptum. Aliud secundo intentionaliter. Potest dari ratio communis omnibus individuis. Datur individuum Vagum. Quid illud & quod duplex Datur in Divino intellectu suo modo quomodo illud prædicetur.

DE PROPRIO.

Quid Proprium? five illud primo intentionale five secundo intentionale. De quo prædicatur Proprium universaliter.

DE ACCIDENTI.

Quid quoduplex Accidens? & de quo Universaliter prædicatur Accidens ut Accidens

DISPUTATIONE V.

De Antepredicamentis, Prædicamentis & Post prædicamentis.

Quid univoca? Quæ illorum divisio. Excluduntne disconvenientiam. Quid Æquivoca? Quot. Excluduntne omnem convenientiam. Dantur Analoga & quid illa sunt. Quæ fundamenta Analogiæ. Quæ signa.

Quid Prædicamenta? Quot. Quænam ponantur in recta linea prædicamentali.

Quid Postprædicamenta Quot? & quæ?

DISPUTATIONE VI.

De Prædicamentis in particulari & in specie de Relatione.

DE RELATIONE.

Explicantur termini in hac materia usurpabiles. Dantur Relationes in Creatis. Et in Deo ad Creaturas. Et creaturarum ad Deum.

Definitive Relatio Est formalitas cujus totum esse est ad aliud se habere. Non est illa realiter distincta à fundamento cum ratione fundandi sumpto & termino. Nec est modus entitativè superadditus. Aut formalitas ex natura rei distincta, si relatio Physicè spectetur nil aliud est in re quam ipsa duo extrema. Metaphysice autè spectata est ipsum fundamentum prout, connotans terminum.

DE DIVISIONE RELATIONIS.

Varia divisio Relationis. Quid sentiendum de ratione prioris & posterioris. Quæ distinctio per alios inter relationem prædicamentalem & transcendentalem. Per hoc distinguuntur, quod transcendentalis sit rebus essentialis secus prædicamentalis. Transcendentales relationes neq; sunt primo neq; secundo essentielles rebus absolutis prout res absolute Physicè spectantur. Non sunt tamen primo essentielles rebus absolutis Metaphysicè spectatis. Licet sunt primò essentielles absolutis quæ relativa sunt.

DE FUNDAMENTIS.

Fundamenta relationum sunt tria. Et requisita tria, idem non potest referri ad se etiam relatione transcendentali. Casu quo poneretur una v. g. Albedo in duobus subjectis referrentur illa Subjecta ad se relatione reali. Una relatio non fundat aliam.

DE TERMINO RELATIONIS.

Non omnis Relatio Transcendentalis, requirit Terminum Actu existentem. Requirit prædicamentalis. Possunt tamen manere denominationes aliquæ denominativæ, licet non maneat Relatio. Relationes non mutua terminantur ad absolutum. Mutua item Multiplicationis terminis multiplicantur Relationes.

Quæ affectiones Relationum.

TRACTATU III.

DISPUTATIONE VII.

De Enunciatione.

DE Proprietate enuntiationis quæ est veritas Veritas non est Relatio Relationis. Nec Relatio Realis. Nec est Prædicatum aliquot intrinsecum propositioni sed in re. Veritas est Actus & objectum, ita se habent ut dicit Actus, ita tamen ut in recto dicatur Actus, pro connotato. Objectum potest tamen concipi per modum pulchritudinis formalitatis, ex radicali illa Conformitate. Propositiones quæ significant determinatè aliquot instans, si comparentur ad diversam instans, possunt esse v. g. falsæ, hocque sensu transire de veris in falsas. Futura absoluta habent determinatam veritatem itemq; Conditionata.

DISPUTATIONE VIII.

DE DISCURSU.

Discursus Philosophici nomen unde translatus. Definitivè discursus est progressio intellectus cognitione in aliam. Discursus alius virtualis alius Formalis, & formalis debet habere partes distinctas.

DE SYLLOGISMO.

In definitione Syllogismi pro genere potest poni Oratio. Figura Galeni est legitima præter Aristotelicas & Galeni, nulla alia datur bene concludendi species. Illud principium Quæ sunt eadem uni tertio Est universale regulativum Syllogismorum affirmativorum. Quomodo hoc Principium alii accipiunt. Quomodo accipiendum.

Præmissæ non causant conclusionem propriè physicè in genere causæ efficientis sed improprie in genere causæ efficientis, complendo scilicet & illuminando intellectum. Necessitant ad speciem Actus circa Conclusionem eliciendi & ad exercitium Actus. Conclusio respicit Objecta Præmissarum. Ad Syllogismum necessaria est cognitio de bonitate, consequentiæ sed non debet esse distinctus actus à iudicio Consequentis. Licet debeat simplex apprehensio præcedere, utriusq; extremi conclusionis contenti. Conclusio sequitur debiliorem partem. Et sequi conclusionem particularem ex Particulari Præmissa Negativam ex Negativa, est sequi debiliorem partem. Explicatur hæc debilitas.

DISPUTATIONE IX.

De Demonstratione.

Quid demonstratio. Ejus ex Aristotele definitio est. Rigorosa, Quæ divisio Demonstrationis. Præmissæ sunt evidētiore Conclusionē certiores item. Sed non veriores.

PRÆLECTIONES

PHILOSOPHICÆ

PHYSICORUM

PHYSICORUM

PHYSICORUM

PHYSICORUM

PHYSICORUM

PHYSICORUM

PHYSICORUM

PHYSICORUM

PHYSICORUM

PHYSICORUM

PHYSICORUM

